

8
255

zu 005

O. i. 840 (1-101).

DE IN INTE

GRVM RESTITVTIONIBVS

MATERIA GENERALIS ET PRACTICABILIS, IN ORDINEM THE-
sium redacta.

QVAM SVB DIVINI NVMINIS AVSPICIO, CLARISS. CONSVLTISSIMISQVE VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco præsidibus,
ornatissimo, florentissimæ apud Agrippinates Academiæ collegarum iuris
confessui publicè discutiendam exhibet.

MELCHIOR KNIPPENBERG
DVLMANIENSIS.

*Anno Christiano MD. LXXXI.
ipsis nonis Martij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT. N



CONTINVATIO.

EXequitur hunc tractatum Prætor, tum ex pollicitatione, (a) tum quod omnibus in partibus iudicij, de quibus iam agi cæptū est, benignè tribuatur, (b) qui generaliter ut præmitteretur commodissima postulabat methodus. (c)

(a) l. i. §. an autem ff. de postul. Cuiac. in parat. h. t. (b) l. ait Prætor. 7. §. non solum, cum seq. ff. de minor. V Vescenb. in par. h. t. (c) Arist. i. de part. anim. & i. Phys. c. i.

THESIS I.

Verbum, Restituendi, quanquam significatu suo generali latè se diffundat, (a) hic tamen idem quod instaurare, (b) specialius designat.

(a) §. In bonæ fidei vbi Zas. nu. 8. & in §. sic iraque nu. 3. In ff. de Action. cum sign. reddere, dare, solvere, l. verbum reddendi 94. ff. de verb. sign. reficere, l. si merces §. si vicinus ff. locati, destruere, l. i. §. i. ff. de noui op. nunc. & variè nunc ad personas nunc ad res referatur, vide Sfort. Odd hoc tract. q. i. art. 1. 2. & 3. vbi etiam, in integrum, plurifariam interpretatur, (b) atq. l. Diuus 7. ff. h. t. l. i. C. si aduers. lib. Odd. q. i. art. 5. in prin.

II.

Vnde describitur remedium extraordinarium, in rem scriptum, (a) quo quis in veterè locum, per deceptionem aut lesionem præreptum, ex iusta causa reponitur. (b)

(a) l. In causæ 14. §. interdum, vbi Bart. & Bald. ff. de Minor. l. Iulianus 17. ff. Ex quib. cau. maio. (b) l. quod si 24. §. pen. ff. de Minor. l. i. §. pen. ff. ne quid in loco pub. V Vescenb. in par. h. t. nu. 5. Sichard. in rub. C. de in int. rest. Min. nu. 2. Maur. h. t. in pr. Sfort. Odd. p. i. q. i. art. 4. nu. 44. Franc. de Cald. in com. ad l. 3. C. de in int. rest. Min. in ver. implorare, nu. 3. & 4.

III.

Competit igitur licet non ordinario, communi tamen iure, (a) (quod qua ratione Dd. com. negent, (b) vix satis est liquidum) ei qui iure ordinario tutus non est, (c) nisi Minorum obueniat restitutio, quibus vtriusque concursus electiue conceditur. (d)

(a) arg. l. 7. ff. h. t. l. i. ff. de Minor. l. i. ff. Ex quib. cau. ma. ita Zas. contra com. sing. resp. lib. i. c. 20. nu. 8. & 9. quem seq. Franc. de Cald. d. loco nu. 5. in fine. Sfort. Odd. p. i. q. i. art. 13. nu. 92. conciliare nititur Maur. h. t. c. 2. (b) in l. 3. §. i. ff. de noui op. nunc. (c) l. Diuus ff. h. t. l. In causæ 17. in pr. ff. de Min. l. i. C. de thesau. lib. 10. l. Quæ sub, 8. §. fin. ff. de cond. inst. nec en. fanis opus est medico sed malè habentibus Zas. lib. 1. conf. 4. n. 27. (d) l. 3. & fin. C. si tutor vel cur. Sich. in l. si infanti 18. §. fin. vero, nu. 15. C. de Iure delib. Cald. d. loco. num. 10. Zas. d. cap. 20. nu. 23. Costal. in l. Etiam §. Imperatores ff. de Min. & l. 9. ff. de Edendo.

IIII.

Diducitur autem in duo genera. Namq. aut Rescindens est aut Rescissorium. Rescindens est iudicium, quo Iudex imploratus laesos, omne rescindens atque cassans obstaculum, in pristinum statum reducit.

Ias. de Action. in §. rursus nu. 8. & Zas. num. 4. Myns. nu. 7. Linius in ver. Intra annum. Sich. in rub. C. de in int. rest. Min. nu. 4. vt non ineleganter remansisse dicatur l. si cum 7. vbi Bald. C. de donat. ante nupt. Zas. lib. 2. conf. 13. nu. 12. Mudæus in d. rub. col. 2. Bart. in l. ab hostibus 15. §. sed quod, nu. 5. ff. Ex quib. cau. maior.

V.

Huius causa materialis est laesio, non quae passim fit & sine delectu, (a) sed in rebus maioris momenti, (b) ex metu, (c) dolo, (d) etate Minoris, (e) errantis non fallentis, (f) nec eius fideiussori. (g)

(a) l. Verum 12. §. sciendum est ff. de Minor. (b) l. scio 4. ff. h. t. l. si oleum 10. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo (c) toto tit. ff. & C. Quod metus cau. (d) toto tit. ff. & C. de dolo (e) tot. tit. ff. & C. de Min. (f) cui iura non subueniunt l. Auxilium 38. ff. de Minor. l. 2. & 3. C. si minor. se maior. dix. (g) l. 1. & 2. vbi Alex. C. de fideiuss. Min. Bart. in l. 3. §. sed vtrum & in l. In causa 14. ff. de Minor Duennas, reg. 330.

VI.

Minorum iure rest. furiosus, (a) prodigus, (b) ecclesia, (c) pia causa, (d) respub. (e) Maiorum, rusticus, (f) mulier, (g) miles, (h) scholaris absens, (i) & similes ex certis causis. (k)

(a) l. 2. C. de Cur. fur. (b) l. 1. ff. de Cur. fur. (c) c. 1. ext. h. t. (d) Tiraq. de priuil. piae causae, priuil. 138. (e) l. 4. C. Ex quib. caus. maio. cuius dispos. deduco ad quamuis rempub. castra, municipia, villas, vniuersitates, cum Castr. & Baldo num. 2. in d. l. 4. Iaf. in l. vt inter nu. 16. C. de SS. eccl. Maur. h. t. c. 417. (f) Alex. vol. 2. conf. 14. nu. 20. Sfor. Odd. p. 1. q. 9. art. 5. (g) Alex. d. conf. nu. 3. per l. fin. vbi com. Dd. C. de iuris & facti ig. & vol. 6. conf. 165. in pr. Odd. p. 1. q. 10. art. 8. Maur. c. 84. & 85. (h) l. fin. vbi Bald. C. de rest. Mil. (i) l. nec non 28. in pr. ff. Ex quib. cau. ma. (k) toto tit. ff. & C. Ex quib. cau. ma. l. 1. & 2. ff. h. t. Paul. rec. sent. lib. 1. tit. 7. la. te Sebast. Med. gl. 2. p. 3. in tract. de conf. poss. a nu. 190. vsque ad nu. 218. Sfor. Odd. p. 1. q. 3. art. 1. cum seqq. & p. 1. q. 7. art. 1.

VII.

Quas equidem vno velut fasce complecti non potero, quippe cum ex generali Pratoris clausula, si qua mihi causa iusta videbitur, (a) iudicis discretioni plurifariam relinquuntur. (b)

(a) l. 1. in fine l. Non enim 16. l. sed etsi 26. §. fin. ff. Ex quib. cau. maior. l. Diuus 33. l. Imperatores 35. ff. de re iud. (b) l. Quod si, 24. in fine l. Non omnia 44. ff. de Min. l. nec non 28. in pr. ff. Ex quib. cau. maior. Azo in sum. C. eod. col. 3. ver. octaua. Crauet. conf. 225. n. 7. Sfort. Odd. p. 1. q. 8. art. 2. & 6. Alberic. in d. l. sed etsi §. fin. remissiue Alban. in add. ad Bart. in l. ff. quib. ex cau. ma. Iaf. in §. rursus nu. 31. de Act.

VIII.

Et hoc exinde colligitur, quod omnes propemodum actus humanos peruagetur rest. & competat aduersus transactionem, prescriptionem, sententiam, appellationem, & omnia fere iudicialia, (a) imo quemcumque contractum vel distractum, (b) atque vltimas voluntates, nedum ipsis laesis, verum eorundem etiam heredibus, (c) tam suis quam extraneis. (d)

(a) l. ait Praetor 7. §. non solum ff. de Minor. Sebast. Med. de conf. poss. nu. 313. (b) quod abunde licebit ediscere ex varijs tit. C. in hac mat. d. l. 7. in pr. & 2. §. seqq. l. si ex 9. in prin. l. Praeses 42. l. si res 49. ff. de Minor. (c) l. non solum 6. ff. h. t. d. §. non solum l. 2. §. si quid l. Etsi 8. §. restitutus ff. de Minor. l. Ex persona C. de temp. in int. rest. (d) l. Pantonijs 85. ff. de acq. her. l. 3. C. de pet. haered. Bart. in l. Qui duos ff. de reb. dub. & in l. si infanti col. fina. vbi Castr. com. ait C. de iure delib. com. tradit Ioan. Dilectus de arte rest. tit. 1. caut. 1. & 3. Ferrar. in forma lib. sup. pet. rest. in ver. vendidit.

Quaestio-

IX.

Questionis hic recorder non parum controuersa. Num heredes infantis ante aditam hereditatem decedentis, restitutionis priuilegio gaudeant? & licet non desint, qui gratificationi locum hic esse credant, (a) pro affirmatiua tamen crebrior est calculus. (b)

(a) Socin. conf. 116. nu. 13. ver. ad tertiū, quem ref. Ioan. Dilectus, de arte test. tit. 11. caut. 1. nu. 2. Casar. decis. indigam ait Gaill. lib. 2. obs. 131. nu. 9. (b) Bart. in l. non solum, nu. 3. & 4. ff. h. t. & in d. l. qui duos, in d. l. Pantoniū, in d. l. si infanti, nu. 11. Sich. in d. l. si infanti §. sin. verò, nu. 14. inclināt in hanc sent. Bald. in l. vnica §. in nouissimo num. 6. C. de Cad. toll. com. dicunt Ioan. Dilect. d. loco. Gaill. d. loco. Franc. de Cald. ad l. 3. C. de in int. rest. Min. in ver. Minoribus, nu. 53. & 54. Maur. h. t. c. 15. magis com. Ang. Salic. & Alex. in d. l. si infanti num. 8. & seqq. vbi Castr. ait, hanc vidisse se seruari Florentiæ & Bononiæ & in d. l. Qui duos, memorat ita practicari & tot. mund. ser. Sfort. Odd. h. t. p. 1. q. 5. num. 73. cum seqq. contra Bald. in d. l. si infanti §. sin. verò, nu. 16. vbi cont. falsum asserit, & Iacob. de Beluise in Auth. de triente & semisse col. 6. ver. decimo octauo.

X.

Porrò quod restitutio presupponat lesionem non modicam, (a) communiter & in alijs extraordinarijs iudicijs procedere nemo non fatetur, (b) in ordinarijs com. negat sententia, quā preclariss. IC. Zas. (c) & Couar. (d) dissentientibus, defendendā suscipio. (e)

(a) d. l. scio ff. h. t. (b) l. si oleum 10. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo, cum sim. (c) lib. 2. sing. resp. c. 26. (d) lib. 1. var. ref. c. 3. nu. 11. & 12. (e) cum Iudicis tamen moderamine, eleg. est tex. in l. Quod si Minor. 24. §. 1. ff. de Minor. & in Auth. vt om. obed. §. hæc considerantes, ver. quid enim §. Gallinarum, vbi Lin. Mynf. Hotom. & alij com. Inst. de rer. diuis. l. si proprietarius 22. in fi. pr. ff. de dam. inf. l. 1. §. Illud ff. de con. cum emanc. lib. c. si motu 23. de præbend. in 6. Bart. in d. l. scio 4. ff. h. t. & in d. l. si proprietarius in l. omnino ff. de imp. in reb. dot. fact. Claud. de Scyf. in repet. l. vt vim ff. de Iust. & Iur. mihi fol. 84. ver. tertio. vide omnino Sfort. Odd. p. 1. q. 4. art. 12. cum seq. Costal. in d. l. scio.

XI.

Causa efficiens rest. est officium Iudicis, tum administrationem habentis ordinarij, etiam contra propriam sent. (a) tum generaliter aut specialiter ad hoc delegati, (b) solius interdum principis, (c) non minus loci contractus, si inibi deprehendatur is aduersus quem petitur, (d) quam domicilij, (e) excepto quod ecclesia non inhibeat rest. contra laicum coram Iudice ecclesiastico litem expedire. (f)

(a) l. In cause 17. §. fin. cum l. seq. ff. de Minor. (b) l. fin. C. vbi & apud quem &c. c. penul. ext. h. t. l. Ea quæ 26. ff. ad Munic. Maur. c. 35. & 37. Cuiac. in l. 3. ff. h. t. Franc. de Cald. d. loco in ver. Implorandum, nu. 29. (c) casus est in l. 1. C. vbi & ap. quem &c. & in l. 3. C. si aduer. rem iud. (d) textus est fing. in l. Contractus §. vlt. C. de non num. pec. Couar. var. res. lib. 1. c. 4. nu. 1. contra Bald. & Castr. in l. 2. C. vbi & ap. quem &c. (e) Actor enim forum rei seq. d. l. 2. l. 2. & 5. C. de Iur. om. iud. l. 3. in pr. ff. de al. Iud. mut. ca. c. 5. & 8. ext. de foro comp. (f) dd. cc. & c. pen. ext. de reb. eccl. non al. Couar. d. loco nu. 2. Seb. Med. gl. 2. p. 3. de conf. poss. nu. 244. Abbas in c. 1. nu. 18. ext. h. t.

XII.

Ad formam refero causa cognitionem, num momentum habeat rest. petitio, (a) nec enim euentus vtique damni restitutionem indulgebit. (b) Plane si non subsit ætatis lubri-

cum, aliave iusta causa, sed fato lesio contigerit, (c) aut quispiam vsus sit iure com. (d) nullam afferet rest. cuius nec indigus erit, si quod actum est ipso iure corruat. (e)

(a) l. 3. & 4. ff. h. t. l. In causa 14 §. causa ff. de Min. (b) l. nam postea 9 §. si minor ff. de iur. Rebuff. h. t. in ver. funditus, gl. 3. nu. 4. (c) l. Verum 12 §. sciendum, ff. de Minor (d) l. fin. C. de in int. rest. min. l. Inter §. cum inter ff. de fideiuss. Oldend. lib. var. lect. de iure sing. rest. nu. 1. & 2. Sich. in l. Non videtur nu. 3. C. de in int. rest. min. (e) l. 4. C. si aduersus rem iud. reparat enim rest. vitia accidentalalia non essent. l. 1. ff. h. t. Zas. lib. 1. sing. resp. c. 13. num. 2.

XIII.

Præterea requiritur absentium aduersariorum quorum interest citatio, (a) libellus cū causa expressione, (b) litis contestatio, (c) probatio lesionis, (d) ætatis, (e) impedimenti (f) interesse, (g) & tunc demum ad sent. procedatur. (h)

(a) l. In causa 14 §. causa ff. de Min. Auth. si omnes C. si Minor. ab hæ. aliquo tamen non citato valet, licet eius respectu non præiudicet rest. l. Etiam 59 §. fin. ff. de Minor. Alciat. resp. 78. nu. 4. (b) l. 1. vbi Bart ff. de off. ass. Sich. d. loco nu. 7. & in rub. C. cod. n. 3. Alex. in l. non videtur nu. 2. & 3. C. cod. Bald. in l. verum §. sciendum ff. de Mino. (c) Bald. in d. §. causa, Bart. in l. Papinianus §. 1. ff. de min. Rota decis. 3. alias 9. nu. 5. h. t. Sfort. Odd. p. 1. q. 35. art. 8. & 9. (d) d. l. nam postea §. si minor l. 5. C. de in int. rest. min. l. 1. C. Qui & aduers. quos & c. Alc. resp. 181. nu. 6. (e) l. 4. C. de in int. Maur. c. 315. cum seqq. (f) l. 2. C. quib. ex cau. ma. (g) Dd. in l. quod tempore C. de rest. mil. Seb. Med. de conf. poss. nu. 407. & seqq. vide Sfor. Odd. p. 1. q. 34. 35. 36.

XIV.

Vt insuper intra quadriennium tam excipiendo quam agendo, non solum petatur, verum lis etiam ad finem perducatur, (a) licet hoc in foro, (b) etiam de iure vt quidam non rectè autumant (c) non obseruetur; quod ab initio quidem est utile, nec currit ignorantia licet per centum annos petita non fuerit, in progressu vero continuum. (d)

(a) l. fin. vbi Mudæus in fin. C. de temp. in int. rest. clem. vn. h. t. Alc. resp. 160. num. 17. Alex. vol. 6. conf. 62. nu. 2. Maur. c. 41. Odd. p. 1. q. 19. art. 12. (b) Maur. d. loco. Mynf cent. 1. obs. 51. vbi ait in Cam. non obs. (c) Rebuffus h. t. gl. 1. in ver. publicatis nu. 4. & seqq. qui in d. l. fin. pro finiendam legit incundam, quod ref. in antiq. exemplarib. se inuenisse, & in d. clem. pro finiri. iniri. Franc. de Cald. d. loco in ver. Infra leg. nu. 1. qui in d. l. fin. legit faciendam. (d) Alex. vol. 2. conf. 89. nu. 12. vol. 3. conf. 62. nu. 5. vol. 4. conf. 63. nu. 13. vol. 6. conf. 39. nu. 17. vol. 7. conf. 150. nu. 3. Crauet. de antiq. temp. p. 4. sect. Materia ista, num. 45. & 57. Sich. in rub. C. de in int. nu. 3. Ioan. Dilect. de arte test. tit. II. caut. 1. num. 4. vbi com. test. & caut. 6. nu. 4. Bald. in l. falsam nu. 5. C. si ex fals. instr. Zas. lib. 2. conf. 10. nu. 66. Rebuff. h. t. in ver. de publicatis gl. 1. nu. 2. & 3.

XV.

Currit autem à tempore scientie lesionis Maioribus tantum, Minoribus siquidem de iure Ciuili ad annum vsq. 29. ætatis completum perdurat, (a) de iure Sax. maturius aliquāto sapiunt, & excluduntur anno 25. (b) quod in aliquibus etiam locis de consuetudine inoleuit. (c)

(a) facti initio ab Anno 25. ætatem Min. concludente Dd. com. in d. l. fin. Maur. c. 46. Seb. Med. d. loco nu. 396. Cald. in d. l. 3. in ver. Infra legit. in pr. (b) anno enim ætatis 21. perfectum & maturum animi vigorem tribuit. Landrecht lib. 1. art. 42. & text. Landrecht c. 26. Boer. decis. 350. nu. 4.

XVI.

Ex rationabili tamen causa tempus illud à Iudice protelari, (a) quin etiam peti adhuc posse non reclamante aduersa parte tuebor. (b)

(a) l. pen. C. de temp. in int. rest. vbi Bald. nu. 3. per l. Intra utile ff. de Minor. c. 1. & 2. h. t. in 6. arg. l. 1. in fin. C. de an. exc. l. 1. C. de bon. mat. l. fin. §. donec C. de iure del. pulchrè Alex. vol. 6. conf. 62. nu. 2. Couarr. var. ref. lib. 1. c. 3. nu. 11. Maur. h. t. c. 48. Sfor. Odd. p. 1. q. 19. art. 10. nu. 83. (b) arg. l. 4. C. de in int. rest. Min. Maur. c. 47.

XVII.

Finis est rest. vt omnia in veterem statum reducantur, reddatur quantum abstulit laesio, cum fructibus; refusus etiam ijs quæ ad Actorem peruenerunt, cum expensis.

l. quod 24. §. restitutio l. patri 27. §. 1. l. Intra 39. §. fin. l. Tutor 49. §. fin. ff. de Min. l. sed etsi 26. §. si feriae ff. ex quib. cau. ma. l. vnica C. de reput. quæ fiunt & c. l. 1. C. si aduer. transf. l. Cum te 6. C. de pact. int. empt. quod & ipsum verb. Restituera, importat l. Videamus 38. §. In fauiana ff. de vsur. l. 35. §. 1. ff. de rei vind. l. prædioru 10 l. Vtere 14. C. de præd. min. l. In condemnatione 124. ff. de reg. iur. Crauet conf. 7. nu. 14. Couarr. lib. 1. ref. c. 3. n. 1. Sfor. Odd. h. t. p. 1. q. 4. nu. 53. art. 8. q. 45. art. 1. & seq. q. 47. art. 4. Boer. decis. 52. num. 1.

XVIII.

Non tantum ratione damni emergentis, sed & lucri cessantis, (a) tamen si res non amplius integra fuerit. (b)

(a) l. ait Prætor 7. §. hodie cum seq. l. Non omnia 44. ff. de Min. l. 2. §. fin. ff. de eo quod cer. lo. l. quamuis 11. C. de iur. & fac. ig. (b) textus est in l. fin. C. de rep. hæ. Sfor. Odd. p. 1. q. 44. art. 4. & 5. ex com. sent. & p. 2. q. 63. art. 2. Couarr. Var. ref. lib. 1. cap. 5. num. 2. & 7. Bald. in l. fin. nu. 5. & 6. C. de sent. passis, contra Crauet. conf. 151. num. 29. & Costal. in l. 7. ff. de Minor.

XIX.

Effectus est, quod pendente in int. restitutione nihil innouari debeat, (a) vt ecce ne fiat alienatio; item executio instrumēti atq; rei iudicata indistinctè, (b) suspendatur, (c) nec ab altera vicissim parte quicquam attentetur. (d)

(a) l. vnica C. In int. rest. post. ne quid noui fiat. (b) contra dist. Bart. in l. 4. §. condemnatum, nu. 3. quem ibi Castz. seq. ff. de re iud. & Boer. decis. 65. n. 7. (c) d. l. vnica l. pen. ff. de auth. tut. l. si causa 32. C. de transact. Lancell. cap. 18. de attentat. rest. in int. pendente num. 10. cum seqq. Franc. de Cald. in d. l. 3. C. de rest. Min. in ver. Per quod nu. 22. Duen. reg. 41. num. 6. com. test. Couar. præct. q. c. 25. nu. 7. magis com. Ias. in d. §. condemnatum num. 27. Sebast. Med. d. loco nu. 415. Od. p. 1. q. 42. & 43. art. 1. & 2. (d) Boer. decis. 65. nu. 6. Lancell. d. loco nu. 50. & 51. Cald. d. loco nu. 7. Maur. h. t. c. 29. 30. & 269.

XX.

Sanè si animo calumniandi manifestò, aut saltem presumpto lis prorogetur, nulla tardabit executionem mora, temperabitur tamen quando presumptiones saltem militāt recepta à victore idonea cautione, quod si præualiturus sit aduersarius, de omnibus qua occasione sententiæ perceperit refundendis.

text. est in c. suscitata ext. n. t. Lancell. d. loco nu. 58. & 61. Myns. cent. 1. obs. 48. Rebuff. h. t. gl. vlt. nu. 7. Franc. de Cald. d. loco num. 27. Sfor. Odd. p. 1. q. 43. art. 5. aliter Boer. decis. 65. num. 7.

Quod

XXI.

Quod item, nisi noue defensiones pratendantur, iteratum hoc auxilium, in vna eademq; causa non sit decernendum, (a) & proficiat litis consortibus, dummodo capaces sint, siue res sit diuisibilis siue indiuisibilis, (b) incapacibus in re duntaxat indiuisibili. (c)

(a) l. vlt. & pen. C. si sepius in int. rest. post. Paul. rec. sent. lib. i. tit. 7. Azo in sum. C. d. tit. Maur. c. 132 & c. 258. Bald. in l. 1. & 2. C. d. tit. Ordin. Camerae in 3. p. tit. 52. Mynf. cent. i. obs. 52 (b) c. constitutus ext. h. t. l. vnica C. si com. ca. Sfor. Odd. h. t. p. 1. q. 46. art. 1. & seq. item art. 4. quem seq. Seb. Med. de conf. poss. gl. 2. p. 3. num. 417. & seq. (c) com. dic. Maur. c. 185. Odd. p. 1. q. 44. art. 4. Soarez in thes. lit. R. nu. 71.

XXII.

Rescissorium remedium est ipsa actio iam renata & resuscitata per predicti obstaculi remotionem. Ex quo inferitur, non esse proprium nomen actionis, sed adiectionem quaedam sicut actio de peculio & de in rem verso.

Rebuff. hoc t. in ver. amplius, gl. 5. nu. 10. Sforria Odd. hoc tract. p. 1. q. 33. art. 1. nu. 8. & 10. vbi com. refert. Iaf. nu. 9. & 10. Zaf. nu. 6 & 32. Mynf. nu. 8. Lin. in ver. Intra annum §. rursus, de Act. in Inst. Maur. h. t. cap. 4.

XXIII.

Distrahitur in duo membra, aut enim est Actio Iustitutoria, aut Restitutoria. Institutoria dicitur, quae vbi nunquam ante competijt à Pratore de nouo creatur. (a) Restitutoria, quae natura aut pristino effectui eliso, per obstaculi remotionem restituitur. (b)

(a) exempla sunt in l. si quis Titio 41. & in l. si quis stipulatus 43. ff. Ex quib. cau. maio. tex. est opt. in l. quamuis §. si cum essem ff. ad SC. Velleia. (b) Zaf. d. loco nu. 7. & 8. Mynf. nu. 5. Iaf. nu. 13. cum seqq. Sfor. Odd. d. loc. nu. 11. 12. & 13. Maur. c. 5. improbat Rebuff. d. loco nu. 10. & in l. Verbis ff. de verb. sig.

XXIV.

Questionis hic est quotidiana sed modica utilitatis. Vtrum haec datiuam censenda sit, an vero natiuam? quod perpetuo rixatur Dd. (a) at in vanum, quid enim prohibet quo minus vtrunque defendatur? (b)

(a) natiuam tuetur Bart. in l. fin. col. 2. C. Quib. ex caus. maior. quem seq. Iaf. d. loco nu. 30. com. hanc, & ab ea non recedendum inquit Sfor. Odd. p. 1. q. 33. art. 1. nu. 5. h. t. Datiuam vult Zaf. d. loco n. 35. vbi ait Dd. nusquam minus conuenire, quem probat Mynf. d. §. nu. 36. Lin. ibid. ver. an autem (b) Ioan. Maur. h. t. c. 8. Bald. in l. si ab hostibus nu. 5. C. Quib. ex cau. ma.

XXV.

Vtilius quero, num ista duo remedia Rescindens & Rescissorium in vno libello cumulari possint? & vt circuitus euitetur (a) affirmatiuam, contra magis com. sent. (b) propugnabo (c)

(a) l. properandum C. de Iudic. l. Dominus 53. ff. de cond. Indeb. (b) de qua test. Sfort. Odd. p. 1. q. 33. art. 5. nu. 37. Maur. c. 9. (c) Odd. & Maur. d. loco Bald. in l. Quod tempore, nu. 5. C. de rest. mil. Sich. in rub. C. de in int. rest. Min. nu. 5. Spec. h. t. §. 1. ver. sed nunquid. Guido Papae decis. 143. in curijs Franciae seruari astringit Rebuff. h. t. in ver. amplius gl. 5. nu. 11.

XXVI.

Nam eo casu non opus erit noua libelli oblatione, nec litis contestatione, quinetiam officio

cio Iudicis nobili expediri poterunt, (a) Caterum nec illud singulare in Actione Rescissoria silentio praterendum censeo. quod anno etiam num utili expiret (b) & litis contestatione, aut si exceptionis via competat vltro perpetuetur. (c)

(a) Sfor. Odd. h. t. p. 1. q. 33. art. 5. nu. 40. & seqq. (b) Zas. in d. 5. rursus nu. 20. & 37. Faber nu. 16. Myns. num. 17. magis com. ait Sfor. Odd. p. 1. q. 21. art. 3. (c) Zas. d. loco nu. 38. quem Myns. imitatur ibid. nu. 18. & 19. Odd. d. loco art. 5.

COROLLARIA

I.

Non extra aleam in controuersiam deducitur, Num nullitatis iudicio pendente labatur quadriennium? quod negandum censeo.

per text. in l. contra 7. vbi Bald. C. de inoff. test. Franc. de Cald. in analyt. com. ad l. 3. C. de in int. rest. Min. in ver. Infra legitimum nu. 13. faciunt quæ tradit Vant. de null. ex def. iurisd. nu. 12. & 13. Alex. vol. 7. conf. 68. nu. 3.

II.

Et hoc amplius in eodem libello cumulari posse nullitatem cum in int. restit. confirmo.

Bart. in l. si expressim col. 5. ver. quæro quid in ca. ff. de appell. Maur. h. t. cap. 276. Rota de rest. spol. decis. 7. alias 116. recepit hanc sent. Camera Imp. teste Myns. cent. 2. obs. 25.

III.

Minor restitutioni ne quidem cum iuramento renunciate potest.

gl. Bart. & Dd. in l. si Iudex ff. de minor. Bald. in l. 2. q. 9. nu. 12. C. de Resc. vend. Rebus. h. t. in ver. Item quod gl. 1. nu. 5. & 6. Mudæus in l. si intra, C. de in int. rest. min. Alciat. in l. pen. C. de pactis, in 4. except. Maur. h. t. c. 112. 115. & 119.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus S. Teutonicarum





DE IN INTE
GRVM RESTITVTIONIBVS
MATERIA GENERALIS ET PRA-
CTICABILIS, IN ORDINEM THE-
sium redacta.

QVAM SVB DIVINI NVMINIS AVSPI-
CIO, CLARISS. CONSVLTISSIMISQVE VIRIS
D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-
landt, SS. LL. Licent. Dictatore & Fisco præsidibus,
ornatissimo, florentissimæ apud Agrippi-
nates Academix collegarum iuris
confessui publicè discuti-
endam exhibet.

MELCHIOR KNIPPENBERG
DVLMANIENSIS.

Anno Christiano CIO. IO. LXXXXI.
ipsis nonis Martij.



COLONIAE AGRIPPINAE N
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

